ANGELOMUS LUXOVIENSIS
Salzburg, St. Peter, um 850/859 Seite 34r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38173
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

legere quid uocare ea. Appellauitque adam no
minibus suis cuncta animantia. &c rtq. Hic enim iux
ta litteram ostenditur quanta dignitate homo
pecoribus & animalibus irrationabilibus antecel
lit. qui intellectu suo cuncta distinguere & no
minatim discernere potuit. & secundũ qualitates
mores & iras bestiarũ. nomina inposuit. cui hanc
dignitatẽ dns ideo conferre uoluit ut intellegere &
seipsũ & quanto melior esset & animantibus: tanto
suũ auctorem potius diligere &. quo se meliorem
aliis uiuentibus intellegere &. Adam uero ñ inue
niebatur adiutor similis eius. Id. ẽ. quia inter omã
animantia nullũ rationale inueniebatur nisi ille
solus: adam interpretatur homo siue terrenus siue
terra rubra. ex terra enim facta est caro. & humus
hominis faciendi materies fuit. Nam spiritaliter
quod terra rubra dicitur. significat xpm exeiusse
mine carnem suscepturam. qui ab apto secun
dus adam dr. cuius caro proprio sanguine in pas
sione erat rubricanda iuxta qd esaias interro
gat dicens. Quare ergo rubrum. ẽ. indumẽtũ
tuũ. &c rtq. Inmisit ergo dns soporem in adam. &c rtq.
Quid. ẽ. qd dicitur inmisit soporem. ut mulierem